

2667.

1328 d. 29 Maj.

Lund.

Konung WALDEMAR af Danmark förnyar de privilegier, hans företrädare gifvit Tummatorps kloster.

Vidim. afskr. på perg. i K. Danske Geh. Arch. *)

WALDEMARUS dei gracia danorum sclauorumque rex Omnibus presens scriptum cernentibus Salutem in domino sempiternam Notum facimus vniuersis quod nos viris religiosis dominis Canonicis in tummathorp exhibitoribus presencium omnes libertates. emunitates. gracias et priuilegia quas et que de antecessoribus nostris regibus dacie vberius et liberius habuisse dinoscuntur Cupimus et dimittimus per presentes eas ac ea tenore presencium confirman-tes vnde per gratiam nostram districcius inhihemus ne quis aduocatorum nostrorum de ipsorum familia aliquem contra dictas libertates et gracias audeat aliquatenus molestare seu in aliquo perturbare. prout indignacionem nostram et vlcionem regiam voluerit euitare In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum lundis anno domini M° CCC° XXVIII° in dominica trinitatis. Teste domino lodewico albreictsson marskalko nostro dilecto.

2668.

1328 d. 31 Maj.

Nynäs.

BIRGITTA JONSDOTTER intygar, att hennes afledne man Peter Ragvaldsson bortbytt 4 örtugland i Hambra, Bogsta socken, med undantag af dithörande s. k. Sidher, belägna i Tystberga socken, till hustru Gunnara, mot hälften i ett nybygge Svinäs, utbrutet från Mästena i Bälinge socken; samt lemnar, på sina vänners tillstyrkan, nu åt bemälda Gunnara ytterligare $\frac{1}{2}$ öreland i Hambra såsom mellangift på förutnämnda byte.

Orig. på perg. i Gymn. Bibl. i Strengnäs. **)

Omnibus presentes litteras inspecturis, BYRGHITTA IONSDOTTER salutem in domino sempiternam, Nouerint vniuersi, dilectum maritum meum dominum petrum rangwaldsson felicis memorie cum discreta matrona gunnaræ in arstum permutacionem prediorum fecisse, in modum subsequentem, videlicet quod idem maritus meus predicte matrone gunnare et heredibus suis quatuor solidos terre in villa hambrum parochia boghastaph cum omnibus et singulis predictis quatuor solidis terre subiacentibus in parochia predicta, pertinencijs vero quibuscunque in parochia Thÿsteberghum wlgaliter dictis sydhær exceptis ab hac conuencione penitus et exclusis, pro dimidietate cuiusdam opidi dicti swinas

*) Ur en af Petrus Nicolai, Decanus prouincie Jerlestathe et plebanus ecclesie in Borby m. fl. år 1430 fredagen efter Nativ. glorios. virg. i Tummathorp utgifven vidimation.

**) Ditskänkt af Hr Gyllenberg, ägare till Rossvik, ett gammalt Sparregods.

swinas id [o:videlicet?] extracti de villa mæstenæ parochia belligh cum agris, pratis et aliis subiacentibus quibuscunque dimisit, tradidit, et appropriavit iure perpetuo possidendos, Quod quidem opidum per metas dictas raa et røør secundum consuetudinem patrie et legum terre exigenciam legaliter est signatum, presentibus nobilibus viris, dominis, karolo neskonungsson, magno niclæsson et anundo sturæ militibus, nec non magno guduastasson, rangwaldo de glýa et iacobo de albý et alijs fidedignis, Ego vero býrghitta ionsdotter propter instancias amicorum meorum et quandam meram beniuolenciam predictæ matrone gunnare dimidiam oram terre et veris suis heredibus ratione melioracionis in predicta villa hambrum dedi et dimisi condicione qua prescriptos quatuor solidos terre habent, hanc dimidiam oram terre habeant, per me vel meos heredes, irreuocabiliter possidendos In cuius facti robur perpetuum et magis euidens testimonium sigillum meum vna cum sigillis nobilium virorum, dominorum videlicet, karoli neskonungsson, magni niclæsson, Anundi sturæ militum, Magni guduastasson et rangwaldi de glýa presentibus duxi apponenda(!), Datum et Actum nyanes, Anno domini, M^o CCC^o vicesimo Octauo fferia Tercia proxima post dominicam Trinitatis.

Sigillen: N:o 1, andligt, utnött fragment; de öfriga borta; 2 remsor kvar.

2669.

1328 d. 7 Juni.

Upsala.

JOHAN HEMMINGSSON FLIPS befullmäktigar Holvast Thioxta att sätta Upsala domkyrka i laglig besittning af 5 örtugland i Österröra i Vestra Ryd socken.

Registr. Eccl. Upsal. perg. p. 103 (fol. 74).

Omnibus presentes litteras inspecturis JOHANNES HEMMINGSSON dicti [o:dictus] FLIPS salutem in domino sempiternam. Notum sit vniuersis quod discretum virum holuastum thioxta constituo procuratorem meum apropriando ecclesie vpsalensi quinque solidos terre in østirrø parochia riudh ratum habiturus quidquid factum fuerit per eundem In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum datum vpsalie anno domini Millesimo CCC^o XX octauo septimo idus junii.

Öfverskrift: De quinque solidis terre in østirrør.